



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

61. An licitum sit pingere imaginem concubinæ amasio? Et an sit causa
gravis amissio lucri ex tali pictura, vel necessarius sit metus mortis, aut
vulneris, ut excusetur à mortali? Ex p. 5. tr. 7. r. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

RESOL. LX.

*An possum petere à saga, qua scit licet, & illicite
soluere maleficium, ut illud soluat? Ex p. 5. tr. 7.
Resol. 15.*

S. 1. Negatiū respondet Caetanus in opus-
tom. 2. tr. 12. de maleficio, question. 1.
in fine corp. & Delius in disquis. Mag. lib. 6.
cap. 2. sect. 5. quest. 2. ver. Dico quarto. Sed mihi
placet contraria sententia, quia quod ego peto, po-
test ab illa fieri bene & male, praeformato vrgenti
necessitate & occasione, ad id petendum; scandalum
autem passivum accipit saga ex solo malitia, quia
mea petitio nec est mala, neque habet speciem mali,
sed potius est bona; sed cum graui incommode pro-
prio & alieno non tenet ego abstiner ab opere,
cuīus occasione alius ex malitia peccat; & quidem
eadem est ratio de petitione mutui iuramenti, &c.
ergo, &c. & ita hanc sententiam docet Hurtado de
Mendoza in 2. disq. 173. sect. 16. §. 205. Suar.
tom. 1. de Relig. lib. 2. de superfluitate. cap. 18. numer. 9.
Lessius lib. 2. cap. 44. dub. 6. n. 46. Fillius tom. 2.
questione 5. punct. 5. numer. 8. & Sanchez de matrim.
lib. 7. disq. 95. numer. 11. vbi sic sit. Exstimo lici-
tum esse petere ab eo maleficio absolutè ut malefi-
cium soluat, quamvis, conteret petenti fore ut me-
dio illicito vtratur. Ducor quod omnes fateantur li-
cium esse petere ab vñtrario mutuum, & ab infidei
iuramento, quando petens eis indiget, quamvis
exploratum illi petenti sit fore ut ille sub vñtris mu-
tuet, & hic iuret per falsos Deos, nec oportet illis
explicare, ut modo licito faciant: & nulli alij ra-
tioni innituntur, nisi vtrunque posse vi modo
licito, ac culpa sua illicito vti. Quæ ratio profus mi-
litat in calu nostro, nam petitur à maleficio solu-
tio maleficij, quam potest medio licito facere, nempe
auferendo signum, quod si alio maleficio faciat, sibi
tribuendum est: ergo vel illi calus negandi sunt con-
tra omnium mentem, vel hic concedendus. Secundò,
quia rationes Caetani non vrgent. Non enim pe-
titur opus vagè à maleficio, sed determinatum, nempe
ut maleficium soluat, quamvis modus operandi vagè
petatur; quod idem profus reperitur in repetitione
illa mutui ab vñtrario, & iuramenti ab infidei; nec
petitur à maleficio, ut maleficus est, quo pacto pe-
teretur ministerium artis maleficio, sed petitur ab
illo in quantum potest licet maleficium auferre. Si-
cut petens à Iudeo publicè vñtrarij munus obueni-
non petit ab mutuum, quatenus potest licet mu-
tuare. Imo sicut petens mutuum ab vñtrario, &
iuramentum ab infidei potest recipere acceptata condi-
tione dandi sub vñtris, & iurandi per idola, nec ap-
paret cooperatio aliqua, sed solus vñtris peccati alterius,
qui culpa sua prauè facit; quod vniuersi fa-
tentur. Ita si maleficus nollet soluere modo licito
maleficium, vti nouit, potest acceptari ut malefici-
cio soluat. Nec petenti tribuerit culpa; vt potest qui
minimè cooperatio peccato alterius, sed eo vñtrit,
ut proprie salutis consulat. Ita Sanchez, qui bene
ibid. numer. 15. & 16. monet non esse licitum indis-
ferenter petere solutionem malefici, quando petendo
modo licito non vñtraretur, sed modo illicito, &
quando maleficus vellet applicare aliquam medici-
nam vanam.

RESOL. LXI.

An licitum sit pingere imaginem concubina amasio?

*Et an sit causa gravis amissio lucri ex tali pictura, vel
necessarius sit metus mortis, aut vulneris, vel exca-
setur à mortali? Ex p. 5. tr. 7. Res. 5.*

S. 1. **A** Zorius tom. 2. lib. 12. cap. vlt. quest. 9. & in-
Bonac. disq. 2. de peccati, quest. 4. punct. 1.
§. vñco, num. 19. negatiū sententiam docent; ut
ditio enim talis picturæ homini sic deperdito effi-
quasi donatio gladij parato occidere.

2. Sed ego puto, aliquando licere, virgine sa-
licit grauissima causa. Ita Sanchez in summa, tom. 1.
lib. 1. cap. 7. numero 40. Alphonius de Lenone
de offic. Confess. tom. 1. recoll. 14. numero 34. &
36. Castrus Palau tom. 1. tract. 6. disq. 6. punct. 12.
numero 6. quia hæc actio de se indifferet ei, &
bono vñtri deferetur potest; ac proinde ex aliqua gra-
ui causa honestari: sed quia tamen fomentum illi, &
incitativum turpis amoris, mortale peccatum est
talē imaginem depingere, nisi preius aliqua gra-
uia pictor hoc faceret: non esset autem causa gra-
uis amissio lucri ex tali pictura, sed metus mortis
vel vulneris.

RESOL. LXII.

*An sit peccatum mortale pingere amasio imaginem
concubinae?*
*Et quid, si gravis metus mortis, vel vulneris punit
minatur, si talem non pingat imaginem? Ex p. 5.
tr. 5. & Msc. 5. Res. 50.*

S. 1. **H**anc questionem prettractat noillius Heruditissimus Pater Ferrantinus de fe-
dalo disq. 1. quest. 69. num. 56. vbi sic assert: En-
quibus etiam definiri poterit, quid sit dicendum de
pictoribus imaginēs puellæ, aut concubina ad pen-
titionem amasi depingentibus.

2. Sanchez lib. 1. summ. cap. 7. numer. 40. sit.
pingentem amasio petenti imaginem huicmodi
puellæ, quem credit probabiliter abusurum, peccate
mortale.

Et citat Azot. tom. 2. lib. 12. cap. vlt. quest. 9.
quem etiam citat Castro Palau tom. 7. tract. 6. disq. 6.
punct. 12. numer. 6. dicentem sine vila distinctione
esse mortale.

3. Ratio huius opinionis est: Quis talis imago
est fomentum, & incitativum turpis amoris: & est
quasi donatio gladij parato occidere.

Hanc tamen opinionem limitat Sanchez nisi causa
legitima excusat.

4. Palau vero: nisi pictor aliqua grauissima ca-
usa pressus id faceret: hæc autem gravis causa, inquit,
non est amissio lucri ex tali pictura, alias tempore libi
liceret pingere.

5. Nam solidum causam sufficiēt putat, gra-
uia metum mortis, vel vulnerationis valeret in-
cute. Quod idem omnino dicit Diana part. 11. 7.
de scand. * resolution. 5. citans etiam Alphonsum &
de Lenone de offic. confess. tom. 1. recoll. 14. numer.
ro 34. & 36.

6. Verum quamvis hæc opinio cum ea limita-
ne tam gravis causæ excusat videatur tutor in
praxi, mihi tamē apparet nimis rigida. Est enim
ille qui petet, iam ex se inductus, ac paratus ad pe-
ccatum: imago aliqui est honeste depicta (si enim
valde impudica esset, non esset res propriæ indif-
fers, sed potius per se induciva, ac determinata ad
peccatum.)

7. Pictor non famulatur petenti in ratione peccati-